



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XIX. De astu diaboli, quo virtutes acquisitas à nobis, molitur vertere in occasionem peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



CAPVT XIX.

Quomodo aduersarius noster insidiosè moliatur, vt virtutes nostras acquisite, nobis occasio sint ad ruinam.

CAllidus ac pestifer ille Serpens non intermittit nos etiam tentare per virtutes nostras acquisite, vt fiant nobis occasio ad ruinam. Itaq; molitur omnia, vt nos ad cōplacentiam & oblectationem in iisdem inducat. Indeque in nobismetipsis elati, in graue crimē superbix prolabamur.

Vt

Vt sis verò ab hoc pericu- *Consi-*
loso lapsu tutior, persiste sem- *liū cor*
per in aperto campo, & per- *tra spi*
seuera in vera, humili atque *ritua-*
secura meditatione vilitatis *lem su*
tuæ; considerans quòd ex te- *per bi-*
ipso planè nihil sis, nihil scias, *am.*
nihil possis: nec quicquam ali-
ud in te ipso habeas, quàm æ-
ternam damnationem. Cura-
bis quoque sedulò, vt cogita-
tiones tuas omnes, quæ te à
tui ipsius agnitione abstrahūt,
longè à te repellas. Cùm enim
istæ à manifestis tuis hostibus
suggerantur; persuadeas ti-
bi certò, nisi eas animo ex-
cluseris, aut te prorsus eneca-
bunt,

bunt, aut graue saltem vulnus animæ tuæ infligent.

Quod vt verum esse intelligas, hanc tibi trado regulam. Contemplaturus vilitatem tuam, non vertes cogitatum tuum ad dona ac beneficia, quæ in te sunt; quòd ea non sint tua, sed Dei: nec ad id quod tuum est, sed ad ea quæ in te operatur Deus. Iuxta hanc dico regulam te ipsum sempiudicabis, quant^o, vel poti^o quàm vilis sis. Sic autem id efficies. Cogita tempus quod te antecessit, & continuò deprehendes te ab æterno nihil prorsus fuisse: nihilque etiam te fe-

te fecisse neq; facere potuisse,
vt vitam aut quamcunque rē
aliam consequeris. Si dein-
de cogitas temp^o, quo aliquid
esse cœpisti, intelliges pariter
te hoc ex Dei solius pura di-
lectione, benignitateque ac-
cepisse: quia ipse & creauit te
& vitam tibi dedit, quam &
ipse solus in te conseruat: &
cuncta quæ habes, scis ac pos-
sides, à nemine alio, quàm ab
ipso solo profecta sunt. Itaque
ne minimam quidem occasio-
nē in teipso inuenies, vnde pu-
tes te aliquid esse, aut pro ali-
quo præ cæteris habendum.

Iam quod attinet dona va-
ria

ria, quæ partim in S Baptismo, partim hæcten^o in singulos dies accepisti, & etiãnum accipis; vt per ea ad omne bonum faciendum admonereris, simulque institutionem ac robur in promptu haberes: si ea per cogitatum tuum abs te remoueris: numquid poteris quicquam operari boni?

Si præterea uertèris cogitatum tuum ad multa tua opera mala & peccata, atq; ad alia peiora quæ indubiè perpetrasses, nisi Dominus Deus noster dextera suæ diuinæ gratiæ te custodiuiisset, impediuiisset, abstraxisset: cognosces facile, impie-

pietatem tuam; tum propter
longitudinem temporis, quo
eidem immersus fuisti, tum
ob multitudinem iniquorum
factorum, prauarumque affe-
ctionum tuarum; tam grandē
esse, vt neque numerari, neq;
verbis exprimi possit: & ita
quasi alter Lucifer infernalis
iam sis, aut eertē fieri potue-
ris.

Quamobrem nisi velis esse *Quate*
fur aut sacrilegus, qui Domi- *nus a-*
no Deo sua bona furetur, sibi *gnitio*
que attribuat: sed cupis omni- *& cons*
nō esse ac haberi is, qui reue- *fessio*
ra in te ipso es; iure debes te *ppria*
ipsum de die in diem ac sem- *vilita-*

H per

tis fa-
cien-
da.

per deteriorem aestimare. At-
tende tamen diligenter, hanc
agnitionem, confessionemq;
tuæ propriæ vilitatis coniun-
ctam esse debere cum Iustitia
& pietate: alioqui tibi plus no-
ceret, quàm prodesset. Nam
si in tali agnitione tui ipsius su-
peraueris aliquem, qui ob su-
am cæcitatem se putet aliquid
esse, ac pro tali ab alijs haberi
cupiat: indeque velis vt homi-
nes te habeant pro aliquo, què
tu probè scis te non esse; plu-
rimùm perdidisti, & longè de-
terior es illo.

Propterea vt agnitio Vilitatis,
malitiæque tuæ vera sit,

teque Deo acceptabilem reddat; non solum tu teipsum vilem ac impium agnosces, sed & talem te geres atque tractabis: & ab alijs pro tali haberi, tractatique desiderabis. Et si quandoque contingat, ut propter aliquod bonum opus, quod Dominus Deus per te dignatus est operari, bonus habearis, ameris, lauderis; cautus esto, nec te patiaris à prædicta agnitione verissimæ vilitatis tuæ vllatenus abduci: sed cõuertas te in corde tuo ad Dominum Deum, & dic: Domine Deus meus, ne permittas, ut in mentem mihi veniat, fu-

*Nelano
nostri
nos de-
cipiat.*

H 2 rari

rari tuam diuinam bonitatem.
Deinde vertas te ad illum qui
te laudauit, & dic intra teipsum.
Quid iste me bonum aestimat,
cum reuera nemo bonus sit,
nisi solus Deus meus? Hæc si
feceris, verè Deo reddis quod
ipſius est, & te ad maiorem
gratiam accipiendam dispo-
nis.

*Cōtra
spirit.
super-
biam.*

Accipe & aliud opportunū
remedium in agnitione pro-
priae vilitatis tuæ perseueran-
di. Videlicet, si ob aliquam
gratiam à Deo acceptam lau-
daris; protinus aliquod tuorū
antiquorum peccatorum in
memoriam reuoca: sic pen-
na

næ superbiæ in te, ceu Pauonis cum deformes ac sordidos suos pedes aspicit, citò demittentur, atque diffugient.



CAPVT XX.

Vt in pugna spritualali nunquam nobis blandiamur de hostibus deuictis: sed solitas nostras exercitationes subinde iteremus, velut adhuc essemus tyrones in hac spirituali palestra.

Dilecte fili, præter vniuersa hæctenus à me tibi dicta, vnius adhuc te admonere

H 3 de-